



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

445. Ubinam in jure, & à quibus hæc materia de Capitulo sede vacante  
specialiter tractetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



# TRACTATUS III.

## DE CAPITULO SEDE VACANTE.

### CAPUT PRIMVM.

### DE ADMINISTRATIONE, ET IVRISDICTIONE CAPITVLI SEDE VACANTE.

*Quæstio 445. Vbi nam in iure; & à quibus hac materia de Capitulo sede vacante specialiter tractetur?*

1. **R**espō. Ad primum. Sunt hac de re textus in c. oīm. &c. hū quā. de major. & obēdient. c. Episcopū. c. Ecclesiā. de supplenda negligentiā Prälatorum in 8. vīlla. & cī. in. nē sede vāc. Clem. statū. cī. de elect. & ibi AA. Item Trid. sess. 7. c. 10. & sess. 23. c. 10. & sess. 24. c. 17.

2. Resp. ad secundum. Māteriam hanc tractārunt Fermosinus Episcopus Asturicensis speciali tractatu. Item Joau. Franci. Pavinus speciali tract. de potest capitulo sed. vāc. Ventrigl. tom. 2. annos. 15. Azor. inst. moral. l. 3. c. 37. 38. 39. Fagn. ad c. hū quā. de major. & obēd. Barbos. Juris eccles. l. 1. c. 32. & de canonic. & dignit. c. 42. n. 28 & seq. Lotter. de re benef. l. 2. q. 2. a. n. 26. & q. 3. a. n. 81. Marta de jurisdict. p. 2. c. 23. n. 17. & seq. & c. 40. n. 32. Garc. de benef. p. 5. c. 7. Paris. de resignat. l. 7. q. 23. Quarantā in sum. Bullay. v. capitulum sed. vāc. Leo in thesau. for. eccles. p. 1. c. 20. Tulch. lit. C. conclus. 56. Riccius in pr. rejol. 50. & seq. & collectan. 610 p. 3. Diana tom. 8. tract. 4. per rot. Quintadven. Ecclesiastic. l. t. c. 5. Sanch. de matrim. l. 8. d. 27. & plurimi alii apud Ventrigl. loc. cit. n. 1.

*Quæstio 446. Vox Capitulum unde deducit. & quid importet?*

1. **R**esp. ad primum vox Capitulum diminuitur. vāc. est deductum à capite, quasi parvum caput. collegia enim Canonicorum sunt, & dicuntur parva capita Ecclesiā post principale caput, quod est ecclesia. Lotter. de re benef. l. 1. q. 15. n. 11. ex Tholosan. de benef. c. 10. n. 15. Et sic Capitulum sede vacante dicitur: quasi parvum caput; ed quod minorem habeat potestatem. Azor. Inst. moral. l. 3. c. 37. q. 1. citans gl. in cī. conquestus. de suppl. negl. Prälatori. in cī.

2. Resp. ad secundam. Importat collegium canonorum, & sumitur pro ipsi canonicos congregatis. Azor. loc. cit. Et sic dicitur capitulum sede vacante, ubi Episcopus alterius supremus similis colle-

P. Leuenrii Tract. III. De Capit. sed. vāc.

gili antistes mortuū est naturaliter, aut civiliter, puta, ecclēiam dimisit, aut eā privatus est. sumitur quoque vox Capitulum pro ipso loco, ubi Canonicī, seu Capitulares congregantur, ut in cī. in causis. de elect. Azor. loc. cit. Alias illius significations huc non pertinentes omittit. v. g. dum, ut Abb. in cī. capitulo. de rescrip. apud Azor loc. cit. ponitur, ut distinguat rem unam ab alia, quemadmodum dicuntur capitulo decretalium, & in quo sensu accipitur in cī. quod in dī. ibis. & in cī. inter alta. de sentent. excom.

*Quæstio 447. An Capitulum cathedralē sede vacante de jure administret?*

i. **R**esp. ad Capitulum Cathedralē sede vacante; sive per mortem; sive per renunciationem; translationem; aut depositionem Episcopi pertinet jus administrationis, & jurisdictionis. Laym. in cī. hū quā. de major. & obēd. juxta cī. cum oīm. eod. tit. Item in cī. Ecclesiā. de suppl. negl. Prälator n. 1. Fagn. in cī. hū quā. n. 49. Ventrigl. tom. 2 annos. 15. §. 1. n. 2. Barbos. Juris eccles. l. 1. c. 32. n. 51. Pith. ad tit. de major. & obēd. n. 44. gerit enim Capitulum tale vices Episcopi. Sbroz. de Vicat. Episc. l. 1. q. 15. n. 2. Pignat. tom. 5. consil. 2. 4. n. 2. citans Decimum in cī. eām te. de rescrip. n. 35. Rebuff. in pr. benef. tit. de devolut. n. 58. & seq. Et succedit in jurisdictione Episcopali, & que ad illud devolvitur. Pith. loc. cit. Unde dicitur successor Episcopi, quia jurisdictionem Episcopalem tanquam eius successor habet. Pignat. cit. n. 2. & 3. Sbroz. loc. cit. n. 4. citans gl. in cī. unic. de major. & obēd. in cī. & Federic. de senis. consil. 30. n. 2. & 30. Et hinc jam dicitur idem & unum esse cum Episcopo. Pignat. cit. n. 2. Sbroz. n. 5. ex Federic. de Senis loc. cit. n. 3. cum antecessori & successor prō una persona reputantur. Sbroz. loc. cit. citans cī. dilecti. de foro competente. & Iudeo. in cī. eām te. n. 6. & 7. Porro jus illud administrationis ei afferri nequit per Metropolitanum absque causa necessitatibus; quā tamē necessitate id postulante, iura dant Archiepiscopohanc potestatem. Laym. in cī. l. hū quā. n. 1. Papa vero ob plenitudinem potestatis sue administratorum deputare potest, sed non solet, si capitulum nihil deliquerit.

2. Extendit responso, sive administratio, & jurisdictione Episcopalis transit quoque ad Capitulum, dum Ecclesia quasi vacat, nimirum